BIBL. DE L'UNIVERSITÉ

OBLONGS
32

THÈSES
ANCIENNES
DU
XVIIE SIÈCLE
2

OBL 32_2

LA VRILLIERE (Balthazar				
PHELYPEAUX DE)	Philosophie	9 août 1657	II	227
LE BAS DE GLATIGNY (Paul-				
Philippe)	Philosophie	8 sept. 1661	II	152 ,et
			II	152bis.
LE BLAIS DU QUESNAY (Louis)	Philosophie	/3 nov./1662	II	153
LE BOUTHILLIER(François)	Théologie	/13 fév/1662	II	154 ;et
			II	154bis.
LE BOUTHILLIER DE CHAVIGNY				
(Gaston-Jean-Baptiste)	Philosophie	8 juill.1656	II	155
LE BRUN (Henri)	Philosophie	28 juil.1659	II	156
LE CAMUS (André)	Philosophie	6 août 1660	II	157
LE CAMUS (Etienne)	Théologie	28 nov. 1656	II	158
LE CHAPELIER (Georges)	Théologie	18 févr.1662	II	159
LE DOULX (Florent)	Théologie	/8/ mai 1656	II	160
LE FILLEUL (Claude)	Philosophie	10 août 1660	II	161
LE FRANC (Aegidius)	Philosophie	/5 septembre/ 1660	II	162
LE GAIGNEULX (Jacques)	Théologie	7 janv. 1662	II	163
LE GOBIEN (Guillaume)	Théologie	2 oct. 1657	II	164
LE GRAS (Frère Bernard)	Théologie	12 févr.1657	II	165
LE GRAS (Frère Bernard)	Théologie	29 nov. 1657	II	166
LE HOUX (Jean)	Philosophie	18 août 1658	II	167
LE MOYNE (Alphonse)	Théologie	17 avri.1663	II	168
LE NORMAND(Fr.Guillaume)	Théologie	/10 jan.1662/	II	169 ,et
			II	169bis.
LE PETIT (Nicolas)	Théologie	9 mai 1659	II	170
LE PICART (François)	Théologie	25 janv.1652	II	171
LE ROUGE (Charles)	Théologie	13 avr. 1667	II	172
LE ROUX DE NEUVILLE(Pierre)	Théologie	15 mai 1659	II	173
LE SAUVAGE (René)	Théologie	26 sept.1657	II	174
LE TELLIER (François)	Philosophie	21 août 1661	II	175
LE VERRIER(René)	Théologie	26 juillet 1652	II	176
LELEU (Joannes-Baptista)	Théologie	/29/sept.1667	II	177
LEMPEREUR (F.Claude)	Théologie	/7 juin/1669	II	178
LEMPEREUR (Henri)	Philosophie	10 juil.1661	II	179
LENOIR (Pierre)	Philosophie	6 août 1662	II	180 ,et
				180bis.
LEOTAUD (Charles)	Théologie	23 mai 1664	II	181
LIONNE (Louis-Hugues de)	Philosophie	2 juill.1662	II	182
LOMENIE DE BRIENNE(Charles-				
François de)	Philosophie	16 juil.16..?	II	183
LOMENIE DE BRIENNE(Charles-				
François de)	Théologie	14 janv.1664	II	184
LOTTEAUX (Louis)	Théologie	19 sept.1669	II	185
LOUBERES (F.Prosper)	Théologie	5 août 1669	II	186
LOUVERSÉ (F.Pierre)	Philosophie	2 août 1665	II	187
LOYS (F.Jérôme)	Théologie	9 févr. 1662	II	188
MACQUERE (Nicolas)	Philosophie	12 juil.1670	II	189
MAILLARD DE LA BOISSIERE				
(Jean)	Philosophie	10 août 1662	II	190

MAILLET (Pamphile)	Théologie	5 déc. 1661	II	191
MALETESTE (Jean)	Théologie	/11/avr.1663	II	192
MALITOURNE (Jacques)	Philosophie	10 août 1665	II	193
MALLET (Nicolas)	Théologie	15 oct. 1663	II	194
MARGUERY (Nicolas)	Philosophie	30 juil.1651	II	195
MARILLAC (André de)	Philosophie	10 août 1659	II	196 ,et)
			II	197)
MARILLAC (René de)	Philosophie	3 août 1659	II	198
MARNÉ (F.Georges)	Philosophie	29 mai 1662	II	199
MAUGER (Laurent)	Philosophie	8 juill.1663	II	200
MAURAGE (Pierre)	Théologie	3 sept. 1669	II	201
MELICQUE (Nicolas)	Philosophie	8 août 1660	II	202
MELUN DE MAUPERTUIS				
(Mathieu de)	Théologie	/8/août 1660	II	203
MERAULT (Pierre)	Philosophie	7 juillet1658	II	204
MEUR (Vincent)	Théologie	4 juin 1661	II	205
MICHAU (Jean)	Théologie	29 mars 1662	II	206,et)
			II	206bis)
MICHON (Michel)	Philosophie	2 oct. 1662	II	207
MIGUET (F.Charles)	Philosophie	5 juillet1652	II	208
MOLE (Louis)	Philosophie	28 août 1661	II	209
MONCHY D'HOCQUINCOURT				
(Gabriel de)	Philosophie	22 août 1660.	II	210
MONTEIL DE GRIGNAN				
(Gabriel-Adheimar)	Théologie	4 janv. 1662	II	211
MOREL (Zacharie)	Philosophie	/16/août1671	II	212
MORIN (Henri)	Théologie	23 janv.1660	II	213
MORROGH (Pierre)	Droit canon	/16/avr.1669	II	214
MOUSSEAUX (Pierre)	Théologie	17 mars 1668	II	215
NATTIN (Jean)	Théologie	/14 nov/1669	II	216
NOÜET(Anne)	Théologie	21 mai 1663	II	217
O MOLONY (Mathieu)	Droit canon	28 mai 1664	II	218 ,et
			II	218bis.
PAIOT DE LIMERMONT				
(Séraphin)	Philosophie	26 août 1661	II	219
PALLEVOYSIN DE LAROCHE-				
DU-MAINE (François)	Théologie	30 déc. 1655	II	220 ,et
			II	220bis.
PAPELART(Jacques)	Droit canon	11 août 1661	II	221
PAUROT (Charles)	Philosophie	28 juil.1660	II	222
PERCHERON DE LESPINE				
(Balthazar)	Théologie	28 juin 1657	II	223
PERCIN DE MONTGAILLARD				
(Pierre-Jean-François de)	Théologie	5 févr. 1656	II	226
PERIER (Antoine)	Théologie	9 sept. 1662	II	224
PERRIN (Guillaume)	Théologie	24 janv.1651	II	225
PICQUES(Bernard)	Théologie	5 mai 1663	II	228
PICQUES(Louis)	Philosophie	1erJuil.1657	II	229
PIETRE(Paul-Claude)	Philosophie	14 sept.1662	II	230
PIN (Jean)	Philosophie	29 juin 1665	II	231
PIOT (Jean)	Théologie	/23 fév/1662	II	232
PISTEL (Maurent)	Philosophie	16 juil.1662	II	233

POITEVIN (Armand)	Philosophie	25 juil.1648	II	234
PONCET (Michel)	Philosophie	11 juil.1660	II	235
POREE DU PARCQ(René)	Philosophie	28 juil.1661	II	236
POTIER (Jean)	Théologie	22 févr.1662	II	237
POULIN (François)	Philosophie	15 juil.1663	II	238
PURCELL(John)	Philosophie	4 juin 1666	II	239,et
			II	239a,b,c,et d.
REGNARD (Jean)	Philosophie	8 juil. 1662	II	240
REGNARD (Julien)	Philosophie	...juin 1658	II	241
REGNARD (Julien)	Théologie	10 nov. 1661	II	242
REGNARD (Julien)	Théologie	/30/août1664	II	243
RESTAURAND (F.André)	Théologie	/11/oct.1655	II	244
ROBERT (Jean)	Droit canon	/30/déc.1665	II	245
ROSTIN (Michel de)	Théologie	28 févr.1656	II	246
ROSTIN (Michel de)	Théologie	1er fév.1661	II	247 ,et
			II	247bis.
ROUSSEAU (Jean)	Philosophie	7 juil. 1668	II	248
ROYNETTE(Simon)	Théologie	18 avr. 1662	II	249
SANTEUL (Pierre de)	Théologie	12 juil.1661	II	250 ,et
			II	250bis.
SARRAZIN (Jean-Baptiste)	Philosophie	29 juin 1662	II	251 ,et
			II	251bis.
SAUSSOY (Jean)	Théologie	9 nov. 1646	II	252
SAVIGNAC (Louis de)	Théologie	/4/janv.1670	II	253
SELLIER (Claude)	Théologie	13 févr.1662	II	254
SENAUX (Bertrand de)	Théologie	/23/fév.1662	II	255
SEVERT (Antoine-François)	Théologie	20 mars 1668	II	256
SEVIN (Michel)	Théologie	8 févr. 1668	II	257
SEVIN DE HAUTERIVE (Thomas)	Théologie	17 jan. 1654	II	258 ,et
			II	258bis.
SIMENEL (Pierre)	Théologie	1er fév.1662	II	259,et
			II	259bis,ter et quater.
STAPLETON (Edmond)	Philosophie	24 juin 1668	II	260
SUZE (Anne-Tristan de)	Philosophie	25 juil.16...	II	261
TAMPONNET (Antoine)	Théologie	11 févr.1664	II	262 ,et
			II	262bis.
TANOARN (Julien de)	Théologie	/3/févr.1661	II	263
TERRAT(Gaston-Jean-Baptiste)	Philosophie	27 juil.1661	II	264
VAILLANT (Antoine)	Philosophie	5 août 1657	II	265
VALBELLE (Louis-Alphonsede)	Théologie	7 nov. 1664	II	266
VANIER (Claude)	Philosophie	......?.....	II	267
VERDUN (Claude)	Philosophie	10 août 1659	II	268
VIC (Médéric de)	Théologie	/31/déc.1664	II	269
VREVIN (Antoine de)	Théologie	20 avr. 1657	II	270

--oo0oo--

1158445551

THESES EX VNIVERSA PHILOSOPHIA.

EX LOGICA.

I.

PHILOSOPHIAM ſimul & vitam, primo parenti infudit Deus; in poſteros transfudit ille. Horum incuria jacentem, erexit experientia, admirationi adſtipulata. Illius ſubiectum, Intellectus: obiectum, ens naturalis ordinis: finis proximus, veritas cognoſcenda: vltimus, felicitas aſſequenda.

II.

LOGICÆ derogat, qui ſummam illius neceſſitatē abrogat. Ei tribuit plus æquo, qui res omnes aſſignat, pro eius obiecto: non ſatis extendit, qui ſolas voces aſſingit; nec melius ratiocinatur, qui rationis entia comminiſcitur. Rectiùs ſentit, qui dirigendas omnes mentis operationes, cæteris anteponit.

III.

ENS rationis, Diuinus cōcipit intellectus, ſed non parit: huius obſtetrices, vanæ ſæpiùs hominum cogitationes; raro Angelicæ; phantaſticæ, nunquam. Externarū in Deo idearū vſus, abuſus; internæ vero, Dei Maieſtate non indignæ. Illarum oppugnator, Naturæ Genius. Iſtarum propugnator, Plato diuinus.

IV.

VNIVERSALE inchoat natura ſolus cōceptus abſoluit; in quinque ſpecies, pro more reſoluit: de quibus dū prędicatur, generis titulo gloriatur. Huic officit nomini, eiuſdem prædicatio de ſingulari. Generi ſeruando, ſpecies vnica ſufficit: vnica, infimæ ſpeciei conſtituendæ differentia deficit.

V.

SPECIEM infimam ſtabilire, diuina non vetat Omnipotētia: generis poſſibilitatem, ei ſolet affingere, ſcrupuloſa conſcientia. Suis in differentijs, genus nunquam imbibitur: ſuis ab inferioribus, ex æquo participatur. Proprium ab eſſentia, immediate profunditur: accidens à Porphyrio, recte definitur.

VI.

ENS reſpectu Dei, & creaturæ: ſubſtantiæ & accidentis: completi, & incompleti, nec vniuocum, nec genus. Categoriarum numerus, pertinaciter in praxi tenendus. Supremum ab iis numen ſecludere, ſolidioris, dixerim Religionis: Chriſtum vt hominē, Cælos, & Angelos recludere, Angelicæ pietatis.

VII.

QVANTITATIS eſſentia, in extenſione locali actuali reponēda. Legitimæ illius ſpecies, corpus, linea, & ſuperficies. Numeri forma, anima. Realis concedenda eſt relatio; illa autem non eſt entitas ſucceſcens fundamento terminum agnoſcit relatiuum. Altera, alterius poteſt eſſe fundamentum.

VIII.

VOCVM ſignificatio, penitus arbitraria. Exiſtentia priuationū, merè imaginaria: vnde in tenebris ambulat, qui tenebras, veluti reales iactitat entitates. Apprehenſioni cuique, ſua competit veritas: falſitas autèm, non niſi complexæ. De ſingulari, poteſt haberi ſciētia: ſed nulla Platonis reminiſcentia.

IX.

SCIENTIA iuſtæ magnitudinis, ſimplicis non eſt entitatis, ſed plurium congeries habituū. Huius diſcrimen ſpecificum, non oritur ab inſtituto ſapientum. Scientia, fides, & opinio circa idem obiectum, amicè cohærent intra eundem intellectum. In omnibus vt ſeruetur modus, neceſſaria fuerit methodus.

EX ETHICA.

I.

ETHICA, lux animæ, dux voluntatis, componendis ad honeſtatem moribus inuigilat. Scientiæ, Prudentiæve nominibus, ſalutari expoſtulat. Celebrem Monaſtices, Oeconomices, Politiceſque triadem; nominis, ac muneris, agnoſcit hæredem: eâ tamen lege, vt ordine poſtrema, ſit dignitate ſuprema.

II.

VTILIOR eſt Ethice, quā vt iuueni prodeſſe non valeat. Ætate vero ſit iuuenis, an moribus nouus & rudis, non ita curat, quin admittat vtrūque, tanquā idoneū auditorem. Bonum deſcripſere Veteres, quod omnia appetūt. Illius, & finis, longe diſpar conditio. Vtilis ab honeſto, impoſſibilis ſecretio.

III.

BONI adeo ſequax eſt voluntas, malique fugax, vt illud odiſſe, iſtud autē in votis habere nequeat, niſi fuco illitum. Agentia omnia, finem collineando petunt: inanimata quidem, materialiter: ſenſitiua, formaliter, ſed imperfectè: perfectè verò Dianoëtica. imò & duplicem aliquando totalem, & vltimum.

IV

OMNIVM, vel etiam Barbarorū actiones, collimant ad beatitudinē; huius quippe votum frequens, ſed rara poſſeſſio. Fruſtrà igitur in diuitiis, requirit Auarus: imprudenter in honore, Politicus: in voluptatibùs, turpiter Epicureus. ſuperbè in ſapientiâ, Stoïcus: rectè in ſolo Deo, Chriſtianus.

V.

FORMALIS beatitudo, clara Dei notitia, ſummaque dilectio. Ibi erit inæqualitas; aberit inuidia. Aderit corporis ſocietas; deerit miſeria: vigebit impeccabilitas; nec fiet violentia. Obſcuritatem fugabit claritas: languori medebitur impaſſibilitas: grauitatē vincet agilitas: timorem eliminabit ſecuritas.

VI.

NON eſt liber mente, qui cōgenitâ ſpoliat hominē libertate; non verbis itaque cōuincendus, ſed pugnis, qui eam oppugnat. Illa radicem habet in intellectu: ſedem in voluntate: eſſentiam in eligendi virtute, indifferentiam comitem habente. Bruti meretur cognomen, qui brutis affingit rationem.

VII.

INDIFFERENTES in ſpecie actiones, vera patitur charitas: in Indiuiduo, ſola tutatur cupiditas. Boni, cauſa nulla deficiens, nulla mali efficiens: vnde bonitas in integritate: prauitas in priuatione reponenda. Inſident habitus intellectui, &c. Non ſatis nos mouet facultas motrix, vt aliquos ei cōcedamus.

VIII.

PASSIONES vndecim, non ſunt ægritudines animi, ſed naturæ ſentientis fœtus omninò neceſſarij. Virum non dedecent ſapientem, ſi iuſtam ab eo ſortiantur mediocritatem; eas itaque hac in viâ, non præſumat eradicare; ſed imis ad patriam pectoribus anhelet, à qua fomitem importunū ſenſerit exulare.

IX.

NEQVE naturâ, neque præter naturam, virtutes ingenerantur, ſed proprio marte cōparantur. Earum heroïco in ſtatu, ſocietas indiſſolubilis: dignitas non æqualis. Sicut Phoſphorus inter ſtellas, ita legalis iuſtitia, virtutes inter irradiat. Torquet Ariſtotelem, qui virtutis habitū detorqueri ſuſtinet.

EX ETHICA.

X.

SOCIETATIS auida ſemper natura fuit, poſſeſſionum diuiſionis non inuida ſemper. Mulierum communionis ſemper abhorrens, vt & mutilorum occiſionis. Pleno directionis in vxorem imperio pollet homo: cuius ſocietatis licet amantior, temperantior tamen ſit, quam vt plures ſibi copulare auſit.

XI.

AMICITIA vera, rixarū impatiens, probos cultores inquirit, ſed paucos. Numerum ſi quæras funiculus triplex dificilè rumpitur. In proſperis & aduerſis neceſſaria: ſenibus, opportuna: improbis, importuna: iuuenibus ferè diurna: in matribus, tenerior: ſolidior in patribus: tardior in liberis.

XII.

OPTIMA Reipublicæ adminiſtrādæ forma, Regnū; quod quidem auſpicatius crediderim, ſi hæreditario iure tranſmiſſum à proauis ſceptrum, ad nepotes deuoluatur. Optimis legibus tantò præcellentior princeps Optimus, quantò melior canis viuens, leone mortuo. Præſto ſit illi, omnis armatura fortiū.

XIII.

NOBILIVM cœtus ei aſſideat, ſed quos pepererit virtus, non diploma, non ſtemma. Leges condat æquas; acceptationis mendica non erit, earū auctoritas. Iudices conſtituat integerrimos, ſine acceptione iudicabunt, etiam ſi iuxta allegata & probata, contra propriam ſcientiam. Volenti non fiet iniuria.

EX METAPHYSICA.

METAPHYSICA ſcientiarum facile princeps, primatum iſti defert Axiomati, Impoſſibile eſt idem ſimul eſſe & non eſſe. Aliquam in creaturis potentiam obedientialem adſtruit: entitatem ab eſſentiâ, Eſſentiam ab exiſtentiâ, realiter non diſpeſcit. Eſſentias ab æterno reales neutiquam agnoſcit.

II.

CAVSA omnis principium eſt, ſed non valet conuerſio: quintuplex ſtatuitur, ne formalis ſubrepat, cum exemplari confuſio. Creaturis inditæ ſunt à Deo, pares ad agendum vires. Producendæ ſubſtantiæ, accidens non impar eſt. E duabus cauſis efficïentibus totalibus, idem numero effectus oriri poteſt.

III.

AD omnes creaturarum actiones cōcurrit Deus, non præcurrit. Determinatur ad exercitiū: determinat quo ad indiuiduū. Verbo virtntis portat omnia, ne ruant in nihilum. Fatui, qui fatum admittunt. Infortunati, qui fortunæ omnia credunt. Bene ſenſati, qui prouidentiæ omnia ſubiiciunt.

IV.

DEI non ita propria creatio, quin & creaturæ cōgruere poſſit, etiam in genere cauſæ principis. Illa Philoſopho innotuit, etiam ſi gentili. Infinitum potentiâ, infinitam Dei potentiam ſatis commendat: amandaret autem infinitum, actu perfecto. In diuinis ergo vnicum: in creatis nullum.

V.

DEVM exiſtere, ſcriptura prædicat; negat inſipiēs; creatura demonſtrat. Omnibus prouidere, non inficiatur, niſi qui diuinitati inſidiatur. Angelorum exiſtentiam fides adſtruit, ratio non euincit. Sunt à materiâ deterſi; corporibus tamen quandoque immerſi. Patent eis naturæ adyta; latent cordiū ſecreta

EX PHYSICA.

VI.

PHYSICES dignitati, non officit authoritas Heracliti. Scientia enim eſt: cuius obiectum, non ens mobile, ſed corpus naturale. Principiorum infinitas, explodenda. Vnitas, irridenda. Determinata pluralitas, approbanda. Quòrum duo in compoſitione, tria in generatione, locum ſibi vindicant.

VII.

MATERIA, pura eſt potentia Phyſica. Formarum omniū potens, omnium appetens: propriæ compos exiſtentiæ, non indiga alienæ. Coæuæ ſibi quantitatis parens optima, non formæ corporeitatis. Formam ſubſtantialem qui negat, caligat: in aquam ergo demergarur, & vltrò ſtatim eā fatebitur.

VIII.

NATVRA duplex, materia & forma. Vtramque velim eſſentialem compoſito naturali. Artem quoque meritò dixeris naturæ ſimiam, quæ elaborare quandoque valet, auri ſpeciem eximiam. Caueas tamen, ne ad lapidem offendas pedem tuum: neuè in coquendo auro, patrimonium decoquas.

IX.

TOTVM à partibus vnitis non diſtinguitur. Continuum ex atomis non contexitur. Plura intra locum eumdem corpora, poſſunt diuinitus complicari: pluribus ſimul in locis, valet corpus idem replicari. Circunſcriptiuè, an definitiuè? perindè ſane mihi eſt. Moueri poſſet in vno, in altero quieſcere.

X.

CONTACTVS amantior eſt natura, quàm vt à vacuo non abhorreat. Validior eſt, quàm vt Angelo cedere debeat. Exilior eſt, quàm vt Deo reſiſtere valeat. In vacuo ſiſterent ſe grauia: ſe ſe mouerent animātia. Lapis ergo pendulus, cauo lunæ adhæreſceret; ſed manibus detentus Angelicis, decideret.

XI.

PRIMI Motoris exiſtentiā, ſignatum ſupra nos lumē indicat: motus cœleſtis enarrat. Grauibus leuibuſque motum, propria forma inſpirat. Lationem qui tollit, extollit. Ad eius naturam parum attendit, quiſquis in inſtanti poſſibilem, diuinitus contendit. Agens inter & patiens, contactus intercedit.

XII.

MVNDVS impoſſibilis ab æterno, conditus fuit in principio: non à ſe, ſed à Deo: non caſu, ſed cōſilio; non in inſtanti, ſed dierū ſex ſpatio: non autumnali, ſed verno tempore: non neceſſitate, ſed voluntate: non generatione, ſed creatione. Vnus equidem ab vno, ſed multiplex potuit exiſtere.

XIII.

COELVM triplex admitto: tertium expecto, ſcilicet Empyreum. Corpus eſt, ſed inanimatum. Simplex eſt, ſed non elementum. Opacum eſt, ſed non veris coloribus intinctum. Variū eſt, ſed formâ, non materiâ diſtinctum. Mobile eſt, ſed per formam non per Angelum. Inclinant aſtra, declinari poſſunt.

XIV.

ANIMA vnica, vnico præeſt corpori, non aſſiſtendo, ſed informando. Intrà cordis arcem non coercetur, ſed per totam corporis molem diffunditur. Formarum neſcit partialium multitudinem: realem horreſcit facultatum diſtinctionem. Animam rationalem probat ratio immortalem.

Has Theſes, Deo duce, & auſpice B. Virgine, tueri conabitur SERAPHINVS DE PAIOT DE LIMERMONT *Pariſinus, Die Veneris 26. Auguſti, Anno Domini 1661. à primâ ad ſextam.*

Arbiter erit STEPHANVS MAVPRIVÉ *Baccalaureus Theologus, Socius ac Prior Domus Cardinalis, & Philoſophiæ Profeſſor.*

PRO ACTV SOLENNI ET ARTIVM LAVREA

IN AVLA CARDINALITIA